



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Lyconides Strophilus Megadorus Eunomia Euclio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Completio

Ly. sed me expedis, Stro. Nem silicem tibi
Ly. si te ego sciens fallam, ita me eiciat Dies piter
Bonis salua vrbe et arce, vt ego hunc lapidem, satis
Jam feci tibi: Stro. satis vt ego auz apportem eo
Ly. I pegaseo gradu et vorsans viam iedi

Lyconides Strophilus Megabos
rus Eunomia Euclio

Graue est homini pudenti morologus nimis
Seraus qui sapere plus vult hero suo
Abeat hic Strophilus in malam liber crucem
Modo mihi apportet aulam auro puro grauem
Ut Euclionem socerum ex luctu retraham
Ad hilaritatem, et mihi conciliem filiam
Ex compressu meo nouam puerperam
Sed ecce redit honestus Strophilus (vt reor)
Aulam apportat, et certe est aula quam gerit
Stro. Lyconide apporto inuentum promissum tibi
Aulam auri quadrilibrem, num verus fui
Ly. Nempe o Diu immortales quid video aut quid habes
Plus sexcentos Philippeos ter et quater
Sed euocemus Euclionem protinus
O Euclio Euclio. Mega. Euclio Euclio, Eu. Quid est
Ly. Descende ad nos, iam Diu te seruatum voluit
Habemus aulam, Euc. Dabetis ne: an me luditis
Ly. Habemus inquam, modo si potes huc aduola
Eu. O magne Jupiter, o Lar familiaris et
Regina Juno, et noster thesaurarie
Alcide, tandem miserati miserum senem
Oh oh qz letis aula tibi amicus senex
Complector vlnis et te dulci capio osculo

Codri

Expleri nequeo mille vel complexibus
O spes o cor, luctum depuluerans meum
Ly. Auro carere semper duxi pessimum
Et pueris et viris et senibus omnibus
Pueros proflare cogit indigentia
Uiros furari mendicariet ipsos senes
At multo peius est ut video nunc supra
Quā quod necesse est nobis auro opulescere
Deu quantas passus est erumnas Euclio
Ob aulam paulo ante a se deperditam
Eu. Cui meritas referam grates, an dūs, q̄ bonos
Respectant homines, an amicis rectis viris
An vtrisque, vtrisque potius, et primum tibi
Lyconide principium, et auctor tanti boni
Dac ego te aula auri condono accipias libens
Tuam hanc esse volo et filiam meam simul
Presente Megodoro et sorore eius proba
Eunomia, Ly. et habetur et refertur gratia
Ut meritis es socer exoptatus mihi Euclio
Eu. Relatam mihi satis putabo gratiam
Si donum nostrum et meipsum accipias nunc libens
Ly. Accipio et Euclicionis volo mea sit domus
Stro. Quid restat here nunc, memento ut sum liber
Ly. Recte monuisti, esto merito liber tuo
D Strophile, et turbatam iam intus cenam para
Stro. Spectatores naturam auarus Euclio
Mutauit, liberalis subito factus est
Sic liberalitate vtrimini vos quoq;
Et si fabula perplacuit clare plaudite
C Anulariē Plantinē finis